

gnum suum repetiit, ac Basiliscum post acceptam cladem, in templum fugientem cepit, & cum filio in Cappadociâ relegauit. Illum & Leoninum, qui Orientem inuaserant, in Papyrio castello munitissimo captos, interfecit. Et cum x v i i. annis Imperio præfuisset, miserabili morte obiit, relicta vxore Ariadne, quæ filia fuit Leonis Imperatoris. Hoc principe incendium adeò graue fuit, vt præter vrbs Constantinopolis maximam partem conflagratam, centum & viginti milia librorum combusta sint.

Huius Numi pars posterior continet victoriam alatam, sinistra ramum palmæ, dextra Crucem margaritis ornata, ferentem: à cuius dextra parte stella, à sinistra tale signum ϕ conspicitur, adiecta inscriptione eiusmodi: VICTORIA AVG. ZEN. Infra: CONOB.



ARIADNA Leonis Imperatoris ex Berina filia, Zenonis vxor. Hæc maritum suum, cum ebrietati adeò deditus esset, temulentusq; adeò, vt nihil à mortuo differret, multo oneratum vino, moribundum quasi iacentem, veluti mortuum sepulcro, quo Reges reponebantur, inferri iussit, addito ingenti lapide, qui eum tegeret. Qui postquam resipuit, & ebrietas soluta est, magnos dedit eiulatus & clamores, nullo opem ferente, ac in eo sepulcro mori coactus est.

BASILE

BASILE
Augusta, in r
suam Zenoni
Cæarem fecit
scam, quod N
pulo, à Zenone
& figure conu

ANASTA
coloribus oculis
ita fuit, studio